



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Christi maxima humilitas ex habitatione, operatione, & vestitu agnoscenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

tone purpuram cogitatis. Discite vos, Satrapæ, è summo demitere, &c, posita maiestate, officia etiam minus splendida suscipere, tractareq; negotia vobis subiectorum. Discite descendere, qui nullum supra vos vultis pati.

2. Nemo, nisi *humilis corde*, si sit felix, amat ærumnas; nemo quieti præfert laborem; nemo delicijs dolorem; diuitijs paupertatem; nemo palatijs mapalia; titulis grandibus ignobiliterem; honoribus despectum anteponit. Christus, cùm esset in Ioan. I, 18¹ *filiu Patri*, è cælesti patria, in Galilæam regionem tunc temporis contemptissimam, atq; ad miseras nostras descendit, in labo- ^{Psal. 87, 16²} ribus à iuuentute fuit; de paupere Parente, in paupere casa, nasci, in præsepio reponi, cum humilibus conuersari voluit; neque se regem creari à populo passus est; sed cùm esset Dei Filius, fabri- ^{Ioan. 6, 35³} ^{Marc. 6, 3⁴} lius appellatus, animo æquissimo sustinuit. Numquid igitur ve- rè *humilis corde* extitit? qui & nudis pedibus obambulavit, & as- no vectus est, triumphatus, pedesq; lauit discipulorum; num- quid *humilis corde* fuit? Numerat Fulgosus, inter Ludouici XI. Fulgosus lib. Gallorum regis laudes, quod asinum nonnumquam pro eq̄uo ad. 3. cap. 6.

hibuerit; & cùm alij reges auro sericoq; amicirentur, lana aut bombyce indutus fuerit. Christus nullo vñquam equo vñsus, veste vilissima amictus, numquid magis *humilis corde* fuisse censendus est? O quām hīc multa sunt à nobis discenda! quæ quam diu non discimus, verè *humiles corde* non sumus. At Dei Mater didicit: ast alij sancti didicerunt; nec quidquam feceré contra aut suam dignitatem, aut rei ipsius veritatem. Nos, quòd deteriores sumus, eò delicatiùs volumus tractari, molliùs vestiri, sumptuosius con- uiuari.

3. Nemo, nisi *humilio corde*, contumelias, alapas, flagra, sputa, denique crucis summam infamiam potest patienter sus- tinere. Omnis superbus impatiens est; omnis superbus cogitat vindictas. Tametsi enim, ad tempus, dolorem corde premat, vul- tuq; patientiam simulet, vt patientia laudem capter; animo ta- men Diras coquit, & execrationes. Christus infamiam, maledi- cta, colaphos, virgas, flagella, foedissima militum phlegmata in diuinā facie proiecta, ipsum patibulū & mortem cum latronum morte communē, æquissimo animo tolerauit, numquid ergo *hu-*

N n n 2

milio

VI.

VII.